

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Stockmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Phil.
& Med. D. ac Prof. Ad Exsequias Quas ... Gertrudi Liviae Timpfiae, Coniugi suaे
desideratißimae viduus moestißimus Dn. Ambrosius Petersen/ I.U.D. ... paratas
cupid, Patres ac Cives Academiae ... invitat : [P.P. Rostochi sub sigillo Rect. d:
XVIII. Febr. An. MDCL.]**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn776826468>

Druck Freier  Zugang



Stockmann, J,
in G. L. Timpf,
uxorem A. Peterssen.
Rostoch. 1650.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826468/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826468/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826468/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826468/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826468/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826468/phys_0004)

DFG

19%

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMVS STOCKMAN,
Phil. & Med. D. ac Prof.
Ad Exsequias
Quas
Fæminæ Laudatissimæ
GERTRUDI LIVIAE
TIMPFIÆ,

Conjugis meæ desideratissima vidua mastifimus
DN. AMBROSIUS Peterßen,
J. U. D. & Dicasterii provincialis Me-
gapolitani Advocatus ac Procurator
paratas cupit.



*Fates ac Civiles Academia omnes solemini-
ter invitas.*

•S(0)•



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. L.

13



SEneca quidem viris nullum
esse tempus lugendi à majoribus
constitutum, ait, quia nullum sit ho-
nestum: sed responsum hoc ejus,
quia non Chrysippi lucernam; sed apathias Sto-
cæ muriam olet, vix est ut admittamus. **Q**uis
enim ita iracundo est animo, aut malevolente in-
genio natus, ut uxoris suæ funus eodem, quo i-
psam, aspiciat vultu? quis tam inamabilis & ille-
pidus, ut vel virtutis illa & pudoris spicula, illa
amoris vehicula, oculos inquam conjugis, quo-
rum intuitu blando sæpius se oblectavit, sine la-
crymis claudat? vel cætera quæ deamavit mem-
bra, nunquam deinceps in his terris visu usurpan-
da, in feralem urnam sine fletu deponat? vel a-
morum, joci, ludi, sermonis, molium morsiu-
cularum, ut Plauti verbis utar, sine gemitu recor-
detur? **Q**uod si igitur secundum naturam sit, ut
vir lugeat uxorem; idem quoque honestum sit
oportet. Et profecto si non aliunde, saltem pro-
pter partus pericula ac liberorum procreatio-
nem sequior ille sexus fœminarum omni hono-
re est dignissimus. Ecquid enim æquè miserum,
æquè periculis, doloribus, ipsi deniq; morti ob-
noxium,

MONNA

noxiū, quam ræmina uterum patet.
tur, ut IC. ait, labor præmium, amor fidem, ute-
ri tumor honorem postulant, quem bruta quoq;
animalia naturæ quodam ductu sexui isti exhi-
bent. Neq; tamen est ut quis existimet, fœminas
partu levatas omnem periculi metum parien-
do superasse. Nonnullæ cum diu multumq; ute-
ri difficultatibus, quasi quodam Oceano, jacta-
tæ, in portum se pervenisse putant, in ipso porru
infeliciter impingunt; periculosior enim tem-
pestas illa, quæ appellere navim, quām quæ exire
non sinit: non paucæ verò in portu jam consti-
tutæ, accidentibus aliis, quæ has fœminas afficere
possunt, symptomatis fractæ atq; collisæ abeunt.
Sisto vobis, CIVES ACADEMICI, hujus rei ex-
emplū, GERTRUDIN LIVIAM TIMPFIAM,
fœminam castissimam, quæ quidem toto præ-
gnationis tempore, à quo divina benedictione
uterum ferre, & partui edendo obnoxia fieri cæ-
pit, admodum sollicitè à provido marito habita,
in acie quoq; ipsâ fortiter præliaata est, sed paucis
post prælium istud diebus, cum exquisitissimis
periculis, acerbissimis doloribus, ipsa denique
morte conflixit & tandem succubuit. Nata est
Chiloni in Holsatia A. clc lɔ cxxv. d. III. Mai., Pa-
trem habuit spectatissimum virum Dn. SAMUE-
LEM TIMPFIUM, tunc temporis Serenissimi

A 2

ac

2330B

ac Cēllissimi Ducis Holstiae, nunc verò Rosto-
chiensium Monetarium honoratissimum. Ma-
tre edita est MAGDALENA Elers/ de cuius san-
ctissimis moribus, talis exempli filia cum maxi-
mè potest testari, quippe quam semper & æmu-
lata usq; à teneris est, & post deinde constantissi-
mè expressit. Avum paternum habuit virum
integerimum Dn. SIMONEM TIMPFIUM,
olim apud Comitem Hanoviensem, pòst apud E-
piscopum Bremensem Monetarium meritissi-
mum. Aviam paternam sortita nobilissimam.
GERTRUDIN von Forsten fuit: ex nobili, in o-
pido Aken/ FORSTIORUM familia oriundam.
Avus maternus ei fuit Amplissimus & Prudentis-
simus vir ANDREAS Eler Consul in civitate Fe-
mariaë Burgi meritissimus; avia materna, MAG-
DALENA Rauerts matrona honestissima; viri
gravissimi integerimiq; Dn. HENRICI Rauerts
præfecti quondam Femariae filia. His illa majoribus
orta, his parentib^o enutrita est: his genita & sacro
baptismatis lavacro regenita, ab hisdem in omni
virtutum sexum hunc comitantium genere edu-
cata est ita, ut nulla in ipsa desiderata sit earum,
quæ virginis honestissimæ, matris familias pru-
dentissimæ, conjugis amabilissimæ aut corpus
faciunt, aut superficiem colorant. Unde adeò
factum est, ut Eam ob egregias corporis & animi
dotes,

dōtēs, quas natura in ipsam contulerat, in matrimonium sibi expetierit vir Excellentissimus & Consultissimus Dn. A M B R O S I U S Petersen/
J. U. D. & Dicasterii provincialis Megapolitani
Advocatus ac Procurator dignissimus. Quam
etiam consentiente Parentum suffragio obtinuit,
sibiq; A. clo I^oe XLIII. d. IX. Octobr. in thala-
mum duxit. Inter quos postea tanta animorum
conjunctio fuit ut crederes unam mentem in
duobus fuisse divisam: consensus tantus, ut lu-
dus præ eo sit currutum, quæ in proverbium
abiit, concordia, & tantopere deprædicata T.
Pomponii Attici cum uxore voluntatum con-
spiratio. Edidit autem marito trinam sobolem;
unam masculam, binamq; ex altero sexu. Filio-
lum ex se reliquit quinq; annorum & quatuor.
mensium S A M U E L E M: Filiolas, annotum
ferme trium AGNETAM MAGDALENAM: &
ANNAM SOPHIAM, quæ recens demum edita
vix duarum hebdomadarum spaciū explet.
Quos omnes supremus rerum Arbitr̄ quam diu-
tissimè rebus humanis interesse concedat, & ma-
ternam emigrationem deplorantes Spiritus sui
efficaci solamine refocillet! Maritus equidem,
cum mellitissima G E R T R U D I S L I V I A
jam peperisset, maximis lætitiis incedebat, & o-
ptimam inspēm erigebatur fore, ut post confli-

Atum istum acerrimum diutius in suavissimæ
Conjugis virtute & adolescentia conquiescere
posset: sed ut Homeri verbo utar

Ἐπερον μὴ ἔδωκε θεός, ἐπερον δὲ ἀνέδωσε.

Ecce enim, posteaquam d. XXIX. JAN. circa
quintam vespertinam, ejus quidem judicio tem-
porius solito, novam prolem, Deo Opt. Max. o-
pem ferente, in hanc lucem enixa fuisse; ipsa ma-
ter & laboribus partûs fracta & violentia vario-
lorum viæta paucis pôst diebus hac luce priva-
tur: dumq; loboles Parenti primam quasi salu-
tē; ipsa, ô dolor, non multò post matricto extremū
dicit vale, ingensq; sui desideriū relinquit. Adeò
qui capiunt voluptates, capiant rursus, ut
ait ille apud Plautum, miserias. Alterò post par-
tū die cum pustulas aliquot in manibus exortas
conspexisset, non poterat sibi non augurari quod
imminerent varioli, quibus tandem consumta
est. At tantum aberat ut frangeretur atq; dejici-
ceret animum, ut erigeret magis & eò tolleret,
quò transituram se paullò post habebat persua-
sum.³ Sed ante omnia de impertranda peccato-
rum suorum remissione sollicita fuit, eamq; ob
causam Reverendum atque Excellentissimum.
Dn. M. JOANNEM CORFINIUM Pastorem ad
B. Virginis dignissimum ut & Phys. ac Meta-
phys Prof. clarissimum, virum præter doctrinam
& eru-

& eruditionem, à pietate, veritatisq; studio commen-
datissimum arcessi curavit, cui cùm peccata sua, super
quibus maximopere dolebat, confessā esset, sacrofan-
cto corporis & sanguinis Christi viatico procurata est,
d. II. Febr. ipso quod vocant Purificationis Mariæ fe-
sto. Ex quo cùm remisisset omnes caducarum rerum
curas, se soli permisit Deo; secutura libenter, ei quod
visum foret. Ita plane tædere cæperat mortalitatis, to-
taq; mente conceperat Apostoli votum. CUPIDO DIS-
SOLVI ET ESSE CUM CHRISTO Quapropter
sæpius suspirasse & in ore habuisse narratur nobis illam
cationem: Herklich thut mich verlangen/etc. Item: HErr
wenn ich nur dich habe/etc. Christus ist mein Leben / quod
posteriorius dictum Concionis funebris thema esse voluit.
In hac constanti pietate & pia constantia persistit usq;
ad finem-vitæ, quem inter gemitus & suspiria Mariti
charissimorumq; pignorum, d IX. Febr. circa decimam
antemeridianam, cùm XXV. annos fecisset viva, feli-
citer consummavit, fidem servavit, repositamq; sibi
jam habet justitiæ coronam, quam in retributionis die
reddet illi Dominus, justus judex. Si igitur preciosa in-
conspicu Domini mors Sanctorum ejas est: ut regius
Vates divino afflatus Spiritu cecinit: non potuit cælesti
Numen ejus, quam modò nominavimus, fœmina non
& vitam gratam habere, & mortem magno æstimare..
Pietatem enim, dum in vivis erat, crebrâ verbi divini
auditione, frequenti cœnæ Dominicæ usurpatione, ad si
dua sacræ scripturæ lectione, jugi rerum divinarum me-
ditatione, sanctâ liberorum educatione, aliisq; piis a-
ctionibus, maximè verò in ipso mortis articulo miseri-
cè expressit. Sed quemadmodum mors Sanctorum in
conspicu Dei pretiosa; ita in oculis hominum, quos ne-
cessitudine attigit, lacrymosa est: & luctuosa marito,
quem

quem viduum Nostra; liberis, quos orbos post se reliquit. Absit verò ut Conjugi tuæ desideratissimæ beatitudinem invideas, Marite, & pro solamine habeas id, quod Ethnicorum olim erat

— *injustos rabidis pulsare querelas
Calicolas.*

aut Terentii Varronis vestigia premas, qui Livio teste ex Sosia; sua partu interemptæ inopinato obitu tantum dolorem percepit, ut reliquo vitæ tempore neq; barbam tondere, neq; in lecto dormire, neq; mensæ cibi capiendi gratia accumbere voluerit. Habis Deum, qui patrem viudorum & pupillorum tutorem se futurum sanctè promisit Cogita præterea te non fuisse Dominum Conjugis tuæ, sed Depositarium: nec amisisse te illam, sed Deo reposcenti restituisse. Breve quidem fuit, fateor, conjugum inter vos: non tamen aut ita repente aut tam misere solutum ut Eupolidis olim Niciæ P. qui primâ nocte ruinâ thalami oppressus unâ cum sponsa interiit. Amisisti, inquis, uxorem tui cupidissimam, nec adduci potes ut credas, aliquam sub Sole inveniri, quæ de mariti salute magis sit sollicita, Hoc gravior tibi esse semper debet defunctæ uxoris memoria. Nec te putas ob id Deo præ alijs invisi in esse, quod domesticâ hac calamitate afficiaris. Non & bonis aliquando male est: & quo quis propior Leo, hoc propiorē esse flagellis tibi persuadeas.

Vos verò, CLIVES ACADEMICI, omnium ordinum honoratissimi, etiam hoc solatum lugentibus suppeditabitis, ut frequentissimi defunctæ fæminæ ultimum, quod restat, humanitatis officium horâ i. pomeridiana præstetis, & exsuvias tam pœna animæ in REQUIETORIUM suum comitemini, admonitos vos unicè volumus. P.P Rostochi sub sigillo Rectoratus

d. XII. Febr. An. clo. Ic L.

Conventus fieri in Aede B. Virginis sacra hora i. pom.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826468/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826468/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826468/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826468/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826468/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826468/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826468/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826468/phys_0016)

DFG

& eruditionem, à pietate, veritatem
datissimum arcessi curavit, cui
quibus maximopere dolebat, co-
eto corporis & sanguinis Christi
d. II. Febr. ipso quod vocant Pu-
sto. Ex quo cùm remisisset omni-
curas, se soli permisit Deo; secu-
visum foret. Ita plenè tædere ca-
taq; mente conceperat Apostoli
SOLVI ET ESSE CUM CH-
sæpius suspirasse & in ore habuissi
cationem: Herzlich thut mich ver-
wenn ich nur dich habe/ etc. Christi
posteriorius dictum Concionis fune-
In hac constanti pietate & pia c-
ad finem-vitæ, quem inter gen-
charissimorumq; pignorum, d IX.
antemeridianam, cùm XXV. an-
citer consummavit, fidem serva-
jam habet justitiæ coronam, qua-
reddet illi Dominus, justus judex
conspictu Domini mors Sanctorum
Vates divino afflatus Spiritu ceci-
Numen ejus, quam modò nomina-
& vitam gratam habere, & morte
Pietatem enim, dum in vivis era-
auditione, frequenti cœnæ Domini
dua sacrae scripturæ lectione, jugi-
ditatione, sancta liberorum edu-
cationibus, maximè verd in ipso i-
cè expressit. Sed quemadmodum
conspictu Dei pretiosa; ita in oculi
cessitudine attigit, lacrimosa est



commen-
sua, super
, facrofan-
ocurata est,
Mariæ fe-
um rerum
er, ei quod
alitatis,to-
IPIO DIS-
Quapropter
obis illam
tem: HErr
ben / quod
esse voluit.
erstitit usq;
iria Mariti
a decimam
viva, feli-
tamq; sibi
tionis die
reciosa in-
: ut regius
uit cælesti
mina non
æstimare..
erbi divini
tione, ad si-
natum me-
sq; priis a-
ulo minifi-
torum in-
n, quos ne-
a marito,
quem